de lõginq̃ ſentit: et qñ q̃s ex illa pte longinq̃ venit q̃ſi etiã volare dr. Vñ Deut. xxviij. caplo dr. Adducet dñs ſuper te gentes de longinquo in ſimilitudinẽ aquile volantis: et hoc eſt quod dicit. Ve terre cymbalo alarũ. id eſt ve terre ita remote et recluſe a ↄuerſatõe hominũ cõiter: qꝫ q̃ſi cymbalo ſonus eius euenit per volatũ alarũ. Et ſeqtur. q̃ eſt trans flumina ethiopie alludẽdo ad illud qꝫ dr caplo ſupradicto. iiij. Reg. xvij. ꝙ fuerũt trãſmigrati trãs flumina goſan: que h videntur vocari flumina ethiopie vñ ꝓpha h nõ noiat ꝓprio noie terrã nec ciuitates in q̃b⁹ erãt ſicut nec fuerũt noia in ꝓpria hyſtoria ſue tranſmigratõis ſupra dicta. Et ſeqtur. Que mittit in mari legatos et in vaſis papyreis ſup aquas. Pro quo ſciendũ ꝙ illi de decẽ tribub⁹ ſic exterminati et recluſi veriſimiliter credit ꝙ deſiderãt ſcire ea que geruntur circa illos: q̃ in his partib⁹ remãſerũt in iudea: tñ quia multi de illis decẽ tribubus remãſerũt in iudea et in alijs diſperſi ptibus fugiẽtes a rege aſſyrioꝝ: vt patet de thobia qui erat de tribu neptalim: et ſic de alijs: tñ q: illi licet ꝑ maiori pte fuerũt ydolatre tñ ſpectabãt ſaluatorẽ ſeu meſſiã ſicut et alij de genere iacob: et ideo aliqñ mittebãt nũcios verſus hieruſalem vt aliquid ſcirent ex p̃dictis. ſed q: hoc nõ poterant facere per terram ꝓpter recluſionẽ nitebantur hoc facere per aliquas aquas ſubterraneas ſeu occultas. Et in vaſis papyreis. i. in fiſcellis ſcirpeis. Dictio eñ hebraica que hic ponitur nõ conſonat in aliquo dictioni que ponit Geñ. vi. cum dr. Fac tibi archam de lignis leuigatis. ibi eñ dicitur de lignis Goffer: hic aũt d lignis gome: et eſt dictio eadem omnino ei que ponit Exod. ij. vbi dicitur. Fecit fiſcellam ſcirpeã et liniuit eã. Vnde dictio gome que hic et ibi in Exo. ponit ſignificat iunců: ſunt eñ aliqui iunci marini ita duri ꝙ poſſent ex eis fieri aliqua vaſa ad nauigandum per flumina. Et q: hmõi iunci licet duri nõ tñ habent duritiẽ lignorum et ex quibus nauigia fiunt. et ideo dicunt hebrei ꝙ tutius nauigatur in eis per aliquas ripas fluminũ eo ꝙ nõ ita cito franguntur: ſed quãdoq; cedent tangenti: et ideo talibus nauigijs mittebant legatos ſuos vt ſecurius per loca ſubterranea ſeu occulta trãſire poſſent. Hoc aũt qꝫ dicitur in mari. intelligẽdũ eſt de congregatõe aquarũ ꝓut ſepe conſueuit dici in ſcriptura. quid autẽ deberent facere iſti nuncij ſubdit cum dicit. Ite ad gentẽ conuulſam et dilaceratam. id eſt ad gentẽ iudeorum ꝓut in poſtilla declaratur. Et ſequitur Ad pplm terribilem. Gens enim iudeorũ licet ꝓpria poteſtate non eſſet terribilior alijs: poteſtate tamẽ diuina frequent mirabilia ꝑ eis operante terribilis erat. vt patet Joſue. ij. ca. de raab dicẽte exploratoribus ꝙ omnes habitatores terre chanaan timebant eos ꝓpter trãſitũ iordanis et huiuſmodi. Et ideo dicit. Poſt quẽ non eſt alius. ſ. terribilior in ſignis et ꝓdigijs. et ſequitur. Gentem ſpectantem ſcꝫ ſaluatorem et redemptorẽ. Et conculcatã cuius diripuerunt flumina terrã eius. q. d. q̃tũcunq; ↄculcata eſt ab impetu aduerſarioꝝ ſemp eſt ſpectans ſuã liberationẽ a deo: et vt oſtẽdat in qua terra eſſet illa gens conuulſa et dilacerata et ſpectans: ſubdit. Ad locũ nois dñi exercituũ montẽ ſyõ. In illo eñ loco vbi eſt inuocatũ nomẽ dñi habitabat illa gens ad quaꝫ mittebant illi qui trans flumina ethiopie recludebant. Et ſequit Omnes habitatores orbis qui moramini in terra ⁊c. Que quidẽ verba ſm omnes expoſitores intelligunt eſſe dicta per ꝓphetã in perſona domini. Ad quorũ declarationẽ attendendũ ꝙ in his que dicta ſunt exprimitur ratio huius legatõis. Dicit eñ. Ite angeli veloces ad gentẽ cõuulſam. nõ autem dicit qu id illi angeli ſeu nuncij debebãt nũciare illi genti cui mittebantur: vel quid ab eis debebant ſcire: ſed hoc aliqualiter inuenitur in hoc quod dixit ſupra. Ad gentem ſpectantem q. d. ſciatis ab eis ſi illud quod ſpectãt a deo habeant in re: vt et nos ſip ſi participemus eoꝝ redemptionẽ. Ad quod reſpõdet in perſona dei. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra cum eleuatũ fuerit ſignũ in montibus videbitis et clangorẽ tube audietis. Cuius ſenſus eſt ꝙ redẽptio veri meſſie ſcꝫ xpi quam oẽs fideles expectabant oſtendẽda erat publice omnib⁹ habitatoribus orbis in duobus principaliter. primo eñ in leuatione ſigni crucis: vnde Si exaltatus fuero a terra omia trahã ad meipm. Joh. ca. xij. ſecundo in p̃dicatione vniuerſali apoſtoloꝝ et diſcipulorum chriſti per orbem diuulgata. de quo dicit Et clangorẽ tube audietis. quaſi di. nũcijs miſſis predictis: non oportet vos mittere ad inquirendũ de tempore ſpectatõis redemptiõis veſtre: quia hoc publicabit oĩbus cõmorantibus in terra p̃dictis duobus modis. Poteſt etiã referri hoc quod dr. Cum eleuatum fuerit ſignũ in mõtibus videbitis: ad exaltationẽ crucis per victoriã conſtantini imperatoris: que per totũ orbem ſalutifere fuit diuulgata: et ſic in h qꝫ dicitur. Omnes habitatores orbis ⁊c. oſtendit ꝙ ſaluator nõ erat ſic expectandus vt circuiret per orbem ad ſaluãdos eos qui ſaluandi erant ꝓut q̃dam hebreoꝝ erronee putabant: ſed per eleuationẽ ſigni et auditũ clangoris tube: ſupradictis ſalus erat per orbem et vſq; ad recluſos p̃dictos extendenda. Ad quod ampli⁹ declarandum ſubdit. quia hec dicit dñs ad me: quieſcam et conſiderabo in loco meo. Et eſt ſenſus: quia poſtq̃ paſſio xpi fuit celebrata nõ oportebat vt xpus per mundũ diſcurreret: ſed vt iã quieſceret a laborib⁹: de quo dicit. Quieſcã et cõſiderabo. i. ꝙ ꝓuideret ſue eccleſie ipſo ſurſum in loco ſuo ad dexterã patris exiſtente: de quo dicit. Et conſiderabo in loco meo. Et quia hec conſideratio ſeu ꝓuiſio fit mediante lumine fidei et feruore charitatis ab ipſo deo infuſis: ideo ſubditur. Sicut lux clara eſt et meridiana: vt per hoc ꝙ dicitur. Lux clara: intelligat lumen fidei. et per h ꝙ dicit meridiana. feruor charitatis ſicut feruor diei viget p̃cipue ſole exiſtente in meridie. Et quia ex iſtis virtutibus que a deo quieſcente et conſiderante in ſuo loco in eccleſia infunduntur deriuantur dona ſpiritusſancti q̃ ſui roris aſperſiõe eccleſiã fecundat: ideo ſubdit. Et ſicut nubes roris in die meſſis. Et ſequit. Ante meſſem eñ totus effloruit: in quo ꝓpha inſinuat iſtis trãs flumina ethiopie exiſtẽtibus quo tpe et mõ ad xpm acceſſuri erant: et hoc erat ſuũ principale intentũ: qꝫ quidẽ tpus erit circa finẽ mundi: vt dictũ eſt. Finis enim mũdi dicitur meſſis. Math. xiij. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem. Et eſt ſenſus. Ante meſſem. i. ante finale iudiciũ ille ppl's florebit. id eſt tẽdet ad fructificandum in bonis opibus et cultu dei: ſicut flos tendit in fructũ: et dicit effloruit p̃teritũ pro futuro: et ne cum dicit totus intelligat pro toto illo pplo nemie deficiẽte: ideo ſubdit. Et immatura perfectio germinauit: quia nõ omnes venient ad maturitatis perfectionẽ. Preſcindentur ramuſculi eius falcib⁹ ⁊c. quia illi ramuſculi qui ſunt quaſi inutiles p̃ſcindentur: et que derelicta ſunt abſcindentur ſcꝫ a corpore eccleſie: et excutientur. ſ. de terra ſua in qua ſunt recluſi. Et ſequit. Derelinquentur ſimul auibus montiũ vſq; ibi: ſuper eũ hyemabunt: in quo p̃dicit ſtrages et mortiſinia que debent fieri in ſua excuſſione ꝓut dictũ fuit in p̃ncipio huius expoſitõis: et q: tam de exiſtẽtibus q̃ꝫ de obuiãtibus erãt multi mortui: ideo dicit. Derelinquent ſimul. ſcꝫ ab vtraq; parte pugnãtiũ. ſeqtur. In tpe illo deferet mun⁹ ⁊c. in quo ꝓpha poſtq̃ p̃dixit modũ ſue egreſſionis ſiue excuſſiõis ſubdit tpꝰ ſue ↄuerſionis ad xpm dicẽs. In tpe illo. ſ. añ meſſes vt expoſitũ fuit deferet mun⁹ dño exercituũ. ſ. ꝑ latrie cultũ. A pplo diuulſo et dilacerato ⁊c. a reliquijs ppli iudeoꝝ et etiã ab illis q̃ excutiẽdi ſunt a terra trãs flumina ethiopie ſupradicta. de vtriſq; eñ põt ꝓprie põi illa q̃ h tradunt. Nã tã illi de decẽ tribub⁹ q̃ vltra flumia p̃dicta exiſtũt: vt eſt dictũ q̃ꝫ illi de duab⁹ tribub⁹: ꝓprie põt dici gẽs cõuulſa et dilacerata ſpectãs et huiuſmõi: vt patet intuẽti. Et ſeqtur. Ad locũ nois dñi in ſyon. ſ. ad eccleſiã. ↄcordat aũt huic ſentẽtie ſeu expoſitõi qꝫ legit Sophonie. iij. vbi ſic vltra flumia ethiopie inde ſupplices mei filij diſpſorũ meoꝝ deferent mun⁹ mihi. Ad qꝫ ſciẽdũ: ꝙ ibi loqtur de ſtatu finali: quõ oẽs gentes reducẽde ſunt ad verũ cultũ diuinũ: vñ imediate añ dr. Tunc reddã pplis labiũ electũ vt vocẽt oẽs in noie dñi et ſeruiat ei humero vno. Et ibidẽ vocat illos q̃ ſunt extra flumia ethiopie. ſ. illos de decẽ tribub⁹ p̃dictis ſupplices dei incẽtũ et humiliabunt ꝑ puiam de p̃teritis. dicit etiã eos filios diſpſorũ meoꝝ eo ꝙ deſcẽdũt ab illis q̃ diſpſi fuerũt ꝑ aſſyrios ex ſnĩa diuia. de q̃b⁹ ↄcludit ꝙ deferẽt deo munera

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

parſormia ſicut h dicit. In illo tp̄e deferet munus dño exercituū a po pulo diuulſo ꝛc. Capitulū.xix.

Hus egypti. Hic ꝯñr denūciat punitio egyptioꝝ p romanos: et p̄ dicta punitio. ſecūdo iudeoꝝ cōſolatio: ibi. In die illa erūt

Circa pmū ſciēdū: ꝙ antoni⁹ collega auguſti ceſaris ſub q̄ na tus fuit xp̄s amore cleo patre regine egypti ca ptus: repudiauit vxorē ſuā auguſti ſororem: et cleopatrā accepit: et au guſto bellū indixit: a q̄ tn̄ fuit debellat⁹: et ca pta egyptus: et q: tēpe auguſti xp̄s fuit nat⁹ et in egyptū portat⁹: ideo ab hoc incipit prophe ta dicēs.

b Ecce dñs aſcēdet ſu per nubē leuē. aſſumen do ſibi carnē humanā: que dicit nubes: q: for mata fuit ſpūſancti vir tute: ſicut nubes ſurſum generant in aere virtute ſolis. Et leuis: q: nō fu it aggrauata pondere peccati originalis.

c Et ingredietur egyptū fugiēs pſecutionē hero dis. Math. ij.

d Et mouebunt ſimu lacra egypti a facie ei⁹. q: eo ingrediēte egyptū ſimulacra corruerūt: vt dicit in ſcholaſtica hy ſtoria in ſignum deſtru ctōis ydolatrie p p̄dica tōes euāgelij deſtruēde

e Et cor egypti ꝛc. h re fert ad antoniū regē et cleopatrā reginā: q: ſicut cor mouet alia mēbra ſic pplm egypti mouebat rex et regina. ꝛ hñ dr.

f Tabeſcet in medio ei⁹. q: exercitu egypti debellato antoni⁹ fugiens ſeipm interfecit: ne capet ab auguſto: et ſilr cleopatra excitauit ſerpen tē venenoſum ad ſe mordendū: et ſic morſu ſerpētis interijt g Et cō currere faciā egyptios ꝛc. q̄ a aliq̄ coꝝ timētes auguſti ptātē iūxerunt ſe ei: et ſic pugnabāt ꝯ alios egyptios q̄ erāt cū antonio. h Et di rūpet ſpūs egypti ꝛc. i. fortitudo ei⁹. i Et ꝯſiliū ei⁹ ꝛc. q: antoni us intēdebat auguſtū deijcere ab īperio: et accidit ecōtrario.

k Et iterrogabūt ſimulacra ſua: q: antoni⁹ et cleopatra in talib⁹ cō fidebāt l Et tradā egyptū ꝛc. q: multi egyptij in illo bello fuerūt occiſi: et q: capta egypto a romanis fuerūt ibi poſiti p̄fecti romanorū: q̄ ſup eos ponebāt graue iugū. m Et rex fortis dñabit coꝝ. ſ. au guſt⁹ q̄ īpator fuit potētiſſim⁹. n Et areſcet aq̄ ꝛc. p h intelligitur deſolatio terre egypti: q̄ ex vna pte eſt ſupra mare: et ex alia ſup nilum

o Calam⁹ et iūcus marceſcet ꝛc. p hoc deſignat ꝙ gaudium et leticia deficiēt de egypto: q: viror iūci et calami leticiā ſignificat. vñ prati vi rēs cōiter dicit ridere. p Et merebūt piſcatores ꝛc. multi eñ illius artis erāt in egypto: eo ꝙ abūdat aq̄s. hꝫ eñ mare ex vna pte: et nilum ex altera. q Cōfundent ꝛc. i. q̄ faciebāt opa ſubtilia de lino.

r Et erūt irrigua ei⁹ ꝛc. i. arentia. s Oēs q̄ faciebant lacunas. i. viuaria p iſta q̄ dicta ſunt intelligit: ꝙ oēs artifices egypti p romanos ſpoliarent ꝛ vaſtarent. Et ꝯñr ideo oñdit de p̄ncipib⁹ ꝛ maiorib⁹: cum dicit. t Stulti principes thaneos. dicti a thanis ciuitate egypti valde nobili. v Sapiētes ꝯſiliarij pharaonis. Antonium vocat pharaonē: q: oēs reges egypti ab antiq̄ ꝛ tpe eſaie vocabant pharao nes. x Dederūt ꝯſiliū inſipiēs. ſ. antonio de mouēdo p̄liū contra auguſtū. y Quō dicetis ꝛc. allegabāt eñ ꝙ in egypto viguerat ſapiētia ab antiquo: vt hr̄ p̄ meta. et ꝙ illud regnū erat valde āntiquū: et antiquius ſatis q̄ regnū romanū ꝙ incepit tēpe achaz regis iude. vt habet in hyſtoria ſcholaſtica: et ſic dicebāt ꝙ nomē monarchie ibi po neret: et q: accidit ꝯtrariū: ideo ſubdit. v Ubi nūc ꝛc. q. d. apparet

O Nus^a egypti Ca.xix.

Ecce^b dñs aſcēdet ſup nu bem leuē: et^c ingredietur egyptum et^d mouebunt ſimulacra egyptia a facie ei⁹: ꝛ^e cor egypti tabeſcet^f in medio ei⁹. Et^g cōcurrere faciā egyptios aduerſus egyptios: et pugnabit vir cōtra frēm ſuū: ꝛ vir cōtra amicū ſuū: ciuitas aduerſus ciuitatē: regnū aduerſus regnum: ꝛ^h dirūpet ſpūs egypti in viſceri bus ei⁹: et^i cōſiliū eius p̄cipitabo: et^k interrogabūt ſimulacra ſua: et diuinos ſuos: ꝛ phitones: ꝛ ario los: et^l tradā egyptū in manu dño rū crudelium: et^m rex fortis dñabit eoꝝ ait dñs exercituū. Et^n areſcet aqua de mari: ꝛ fluuius deſolabit atq; ſiccabit: et deficient flumina. Attenuabūtur et ſiccabūtur riui aggerū. Calamus^o et iūcus mar ceſcet: nudabit alueus riui a fonte ſuo. Et ois ſementis irrigua ſicca bit areſcet ꝛ nō erit. Et^p merebūt piſcatores et lugebūt oēs mitten tes in flumē hamū: et expādentes rete ſup faciē aquaꝝ emarceſcent. Cōfundētur^q q opabant linū ple ctētes et teretes ſubtilia. Et^r erūt irrigua ei⁹ flaccētia: et oēs^s q facie bāt lacunas ad capiēdos piſces. Stulti^t principes thaneos: ſapiē tes^v cōſiliarij pharaonis dederūt^x cōſiliū inſipiēs. Quō^y dicetis pha raoni: filius ſapiētiū ego fili⁹ regū antiquoꝝ. Ubi^u nūc ſunt ſapien tes tui. Annūciēt^z tibi et indicent qd cogitauerit dñs exercituū ſup egyptum. Stulti facti ſunt princi pes thaneos: emarcuerūt princi pes mēpheos: deceperūt^y egiptū āgulū^z ploꝝ ei⁹. Dñs^a miſcuit i medio ei⁹ ſpiritū vertiginis: et er rare fecerūt egyptum in omni ope ſuo: ſic errat ebri⁹ ꝛ vomēs. Et^b nō erit egypto opus qd̄ faciat ca put et caudā incuruātem et refre nātem. In^c die illa erit egypt⁹ q̄ſi

eoꝝ inſipiētia. z Annūciēt tibi ꝛc. q. d. nō poterūt: et patet lr̄a vſq; ibi. y Deceperūt egyptū. ſ. ꝯſiliarij p̄dicti. Et ſub dit mod⁹ deceptōis. z Angulū ploꝝ ei⁹. angulus q̄ dua bus lineis ꝯcurrētib⁹ efficit. h dr ꝯiūctio antonij ꝛ cleopatre: et ſic eſt ſenſus. ꝙ decipiēdo cleopatrā ꝛ antoniū deceperūt p cō ſequēs totā egy ptum.

a Dñs miſcuit ꝛc. i. cōtrouerſie ꝛ erroris: h eñ fecit dñs pmiſſiue ꝓ pter mala egyptō rū puniēda.

b Et nō erit egy pto opus ꝛc. id ē ppls egypti non habebit ſe intro mittere de rege p̄ ficiēdo: q̄ p caput deſignat: nec de familia eū ſequē te q̄ dr cauda: nec de iudicib⁹ et p̄fe ctis pplm guber nātib⁹ eū refrenā do ab iniurijs in ferēdis: et penis in irrogādo ꝓ il latis: quia capta egypto per augu ſtum: gubernatio egypti deuoluta eſt ad impium ro manū: ꝙ pōebat ibi p̄fectos et iu dices.

c In die illa ꝛc. i. egyptij erūt to talit ſubiecti ro manis: ſic mulie res viris.

d Et timebūt ꝛc. i. ptātis ei⁹ quā tribuit auguſto ꝯtra egyptū q: ois ptās a deo eſt. e Et erit tra iuda ꝛc. īputādo vaſta tionē ſuā euenīſſe ꝓpt mala q̄ fecerat antoni⁹ in tra iuda: q̄ an tigonū deſcēdentē a machabeis īterfecit ꝛ herodē alienigenā regē iudee inſtituit. vt habet in ſcholaſtica hyſtoria. f Ois q̄ recordat⁹ fuerit. de malis q̄ fecit antoni⁹ in iudea: et de illis q̄ ꝓpt h venerūt in egypto. g Pauebit a facie ꝛc. timēs ei⁹ iudicia. h In die illa. h ꝯñr deſcribit egyptioꝝ releuatio p ſuſceptōꝫ fidei ꝛ cult⁹ diuini: q̄ p̄ualēt oib⁹ tpalib⁹ bōis. Et di uidit in duas: q: p̄ deſcribit iſta receptio fidei ab egyptijs. ſecū do ab aſſyrijs: ibi. In die illa. Circa pmū ſciēdū ꝙ aliq̄ hebrei et ſilr aliq̄ catholici in h eos ſequētes exponūt pte illā de onia ſacerdote: q̄ de iudea ex plib⁹ alijs intrauit egyptū dicēs ſe vel le iplere ꝓphiam eſaie q̄ pōit hic: et cū rex egypti honorifice eū recepiſſet ꝛ ciuitatē ad habitādū ꝯceſſiſſet: erexit ibi altare dñi hoſtias ꝛ oblatōes offerēs ſup illud. ſꝫ h nō vr̄ verū: p̄ q: dr hic. Erūt q̄nq; ciuitates ꝛc. Onie ꝟo nō legit niſi vna tm̄ ciui tas aſſignata. Secūdo q: illud factū onie nō fuit laudabile: ſꝫ magis vitupabile: fm ꝙ dr Dañ. x. Filij quoq; p̄uaricatoꝝ po puli tui extollent: vt ipleāt viſionē et corruāt: qd̄ exponit de h facto onie: nō eñ licebat iudeis erigere altare ꝛ ſacrificare: niſi in hierl'm: et maxie poſt tēpli ſalomonis edificationē. factū autē qd̄ h dr cōmēdabile eſt ꝛ deo acceptū: vt patebit lr̄am ꝓſequē do. Ra. ſa. aliā expoſitōꝫ ponit dicēs: ꝙ ſennacherib vltio veni ens ꝯtra hierl'm adduxit ſecū aliq̄s principes de egypto quos cepat in bello ꝯtra tharathā regē ethiopie quē iuuabāt: de quo bello hr̄ q̄rto Reg. xix. et illos p̄ncipes adduxit ſecū cōpeditos vt oñderet eos Ezechie et pplo ei⁹ ad terrendū eos. ſꝫ qñ exer citus ſennacherib fuit pcuſſus ab angelo ipi fuerūt ſaluati: et p ezechiā a vinculis liberati: et ſic reuertētes in terrā ſuā fecerunt altaria ad colendū deū iſrl' q̄ eos liberauerat de mānu ſennache

rib:et ſic exponit lr̃am iſtã. l Erũt q̃nq̃ȝ ciuitates in terra egypti ꝛc̃.ſȝ ↄtra h̃ eſt qđ ſubdiẜ. Loquẽtes linguã chanaã ꝛc̃ id eſt hebraicã.q2 t̃ra chanaan tũc ꝛ a lõgo tp̃e añ ab hebreis habitabaẜ.ſi aũt dictũ Ra.ſa.eſſet verũ:ꝓpĥa diceret. Loquẽtes linguã egyptiacã ꝛc̃.ſi aũt dicaẜ ꝙ duxerunt ſecũ hebreos ad faciendũ diui nũ officiũ i egypto nõ valet:q2 nõ erat eis licitũ ibi erigere altare: vt dictũ eſt:et ſic fa/ ctũ eoꝝ eſſet vitu perabile. Nulla etiãȝ ſcriptura ca nonica nec hyſto ria famoſa ↄ̃ hoc aliq̃d dic̃: et ideo illud dictũ videẜ eſſe fictitiũ. Pro pter qđ pȝ iſta exponiẜ de receptõ ne fidei xp̃iane ab egyptijs : quam beat⁹ ſymõ apo/ ſtol⁹ p̃dicauit in egypto que ei ſoꝝ te aduenit: vt ha beẜ i legẽda ſua: et ſimiẜr Marc⁹ euãgeliſta ſm̃ ꝙ dicit Hiero.libro illuſtriũ viroꝝ:et tũc xp̃i ordinaue/ rũt ibi eccleſias ꝛ erexerũt altaria i noĩe dñi ieſu xp̃i. Et ſm̃ hoc đ: h̃. In die illa. i. tp̃e xp̃i qui nat⁹ fuit ſub auguſto.
l Erũt quinq̃ȝ ci uitates ꝛc̃. id eſt hebraicã. In egy pto eñ erãt multi iudei:q̃ fuerãt diſperſi tp̃e machabeoꝝ ꝛ an/ te q̃ credẽtes ad p̃dicationẽ Symõis ap̃li ꝛ Marci euãgeli/ ſte fuerẜ ab eis ordinati ꝛ diſpoſiti ad regimẽ et doctrinaȝ egyptioꝝ in xp̃m credẽtiũ:et ad celebrandũ diuinũ officiũ in ligua hebraica. Poteſt etiã dici ꝙ egyptij ad fidẽ ↄ̃uerſi deũ lauda/ bant hebraica lingua:q2 in p̃mitiua eccleſia baptiȝatis p impoſi/ tionẽ manuũ apl̃oꝝ dabaẜ ſpũſſanctus in ſigno viſibili: et loq̃ banẜ varijs linguis:vt habeẜ Act.viij.ꝛ.xix. Fit aũt hic mẽtio magis in ſpeciali de lingua hebraica q̃ȝ de alijs:q2 illa eſt ligua prima:et fuit oĩbus cõmunis vſq̃ȝ ad edificationẽ turris babel vt habeẜ Gen̄.xi. Et exp̃munẜ hic q̃nq̃ȝ ciuitates tanq̃ȝ princi pales in q̃bus euangeliũ predicatũ eſt in egypto:ſȝ i plib⁹ alijs locis eiuſdẽ regni p̃dicatũ fuerit tp̃e apoſtolorum.
k Ciuitas ſolis vocabiẜ vna. Dicũt aliqui ꝙ hec eſt alexan/ dria:q̃ dicitur ciuitas ſolis.i.xp̃i q̃ eſt ſol iuſticie:eo ꝙ fides xp̃i ibi viguit tp̃e marci euãgeliſte ſub quo fideles viuebãt in alexã dria:habẽtes omnia cõia eo mõ quo leguntẜ vixiſſe ſub petro i hieruſm.Actuũ.iiij.ꝓpter quod philo diſertiſſim⁹ iudeoꝝ librũ cõpoſuit ad cõmendatõȝ vite ipſoꝝ:vt dic̃ Hiero.in libro illu/ ſtriũ viroꝝ.Alij vero dicũt ꝙ ciuitas ſolis h̃ đ: elyopolis que eſt ciuitas in egypto.et diciẜ ab elyos qđ eſt ſol:et polis qđ eſt ciuitas:et de hac h̃ fit ſpecialis mẽtio:eo ꝙ ſacerdotes ibi man ſerũt ab antiquo: vt habeẜ Gen̄.xli. In die illa erit altare ꝛc̃. dedicatũ in honore xp̃i.ideo ſubdiẜ. m Et erit titul⁹. iſtud põt referri ad xp̃m:ita ꝙ iſte titul⁹ ſit ieſus nazaren⁹ rex iudeo rũ:qui in termino vite xp̃i paſſibilis fuit poſitus ſup crucem. ſi/ guũ autẽ crucis poniẜ in altaribus et locis xp̃i noĩe dedicatis Poteſt etiã referri ad terrã egypti:vt ſit ſenſus ꝙ fides xp̃i fue rit p̃dicata p totam egyptũ vſq̃ȝ ad terminos eius. n Cla

mulieres:et ſtupebũt:et [o]timebũt
a facie cõmotionis man⁹ dñi exer
cituũ:quã ipſe mouebit ſup eam
et [f]erit terra iuda egypto in pauo
rẽ. Oĩs [i]q illi⁹ fuerit recordatus:
pauebit [k]a facie conſilii dñi exerci-
tuũ:qđ ipſe cogitauit ſup eã. In [b]
die illa erũt [l]q̃nq̃ȝ ciuitates i terra
egypti loquẽtes lingua chanaan:
et iurãtes p dñm exercituũ. Ciui
tas [k]ſolis vocabiẜ vna. In die il-
la erit altare dñi i medio terre egy
pti:et [m]titul⁹ dñi iuxta terminũ ei⁹
et erit in ſignũ ꝛ in teſtioniũ dño
exercituũ in terra egypti. Clama
bũt [n]eñ ad dñm a [o]facie tribulãtis
et [p]mittet eis ſaluatorẽ ꝛ ꝓpugna
torẽ q [q]liberet eos. Et [r]cognoſcẽt
dñs ab egypto:ꝛ cognoſcẽt egy
ptii dñm in die illa:et colẽt eũ i ho
ſtiis ꝛ in muñeribus: et vota voue-
bũt dño et ſoluẽt. Et [s]percutiet do
minus egyptuȝ plaga et [t]ſanabit
eã: et [u]reuertenẜ egyptii ad dñm
et [x]placabiẜ eis ꝛ ſanabit eos. In
die [y]illa erit via de egypto in aſſy-
rios:et intrabit aſſyrius egyptuȝ:
et egypti⁹ in aſſyrios: et [z]ſeruient
egyptii aſſur. In [a]die illa erit iſrl̃
terti⁹ egyptio ꝛ aſſyrio. bñdictio [b]
in medio terre:cui bñdixit dñs ex-
ercituũ dicẽs. Bñdict⁹ ppl̃s me⁹
egypti:et op⁹ manuũ mearũ aſſy
rius:hereditas aũt mea iſrl̃.

i In [a]anno q̃ in Ca.xx.
greſſus eſt tarthan in aȝotuȝ
cũ miſiſſet eũ ſargon rex aſſyrioꝝ
et pugnaſſet cõtra aȝotuȝ et cepiſ
ſet eã:in [b]tp̃e illo locut⁹ eſt dñs in
manu eſaie filii amos:dicẽs. Ua-
de [c]et ſolue ſaccũ de lũbis tuis: et
calciamẽta tua tolle de pedib⁹ tu-
is. Et fecit ſic: vadẽs nud⁹ et diſ-
calciatus. Et dixit dñs. Sicut am-
bulauit ſeru⁹ me⁹ eſaias nud⁹ et
diſcalciat⁹:triũ [d]ãnoꝝ ſignũ ꝛ por-
tentũ erit ſup egyptũ et ſup ethio
piã:ſic minabit rex aſſyrioꝝ capti
uitatẽ egypti: ꝛ trãſmigrationem
ethiopie:iuuenẽ et ſenẽ: nudaȝ et

mabũt eñ ad dñm.ſ.egyptij. o A facie tribulantis.ſ.demonis. p Et mittet eis ſaluatorẽ videlȝ ieſum xp̃m ab eis receptũ per verã fidẽ ab ap̃lis ab eo miſſis p̃dicatam. q Qui liberet eos.de tene/ bris erroris ꝛ poteſtate demõis:idq̃ȝ ſubdiẜ. r Et cognoſcẽt do. ꝛc̃.hoſtia noui teſtamẽti eſt euchariſtia que đ: hic hoſtie in plurali: q2 ſuccedit oĩbus hoſtijs et ſacrificijs veteris te/ ſtamẽti:põt etiã hoc re/ ferri nõ ſolũ ad euchari ſtiã ſȝ ad orões et ſuf/ fragia eccleſie que dicũ tur hoſtie pſal.xlix. Sa crificiũ laudis honori ficabit me ꝛc̃.
s Et percutiet ꝛc̃.ſ.tem/ porali pena vt dictũ eſt ad eius caſtigationẽ.
t Et ſanabit eã. per ve rã fidẽ.
v Et reuertenẜ.ad do/ minũ veraciẜ et perfecte ideo ſubditur.
x Et placabiẜ.eis.
y In die illa erit via đ egypto in aſſyrios ꝛc̃. q2 p̃dicatores euãgelij de vna t̃ra diſcurrebant ad aliã et econuerſo:vt patet in actib⁹ apoſto/ loꝝ in plib⁹ locis.
z Et ſeruiẽt egyptij aſ ſyrijs.et mutua charita te.q2 i p̃mitiua eccleſia fideles vndecũq̃ȝ eſſent q̃ñ ↄueniebãt adinuicẽ viuebãt in maxia cõcor dia.vt pȝ Act.iiij.et ad hoc referẜ qđ ſubdiẜ.
a In die illa erit iſrael terti⁹. q2 ap̃li fuerũt de iſrael:et p p̃dicationem euãgelij ↄ̃uerterũt diuer ſos pp̃los adinuicẽ mu tua charitate:ideo ſubdiẜ. b Benedictio in medio terre. q2 bene/ dictio dei daẜ exiſtentib⁹ in charitate:ꝛ his dictis pȝ ſñia lr̃e ſeq̃ntis. in cap̃lo.xix.vbi đ: in poſtilla. Dñs miſcuit in medio eius ſpiritũ ver/ tiginis.

Additio.

Ertigo ꝓut in h̃ loco cõperit ſignificat cõuolutionẽ ſeu cõgyra/ tionẽ:q̃ q̃nq̃ȝ fit in cerebro a morbo ſicut in terra fit a vento ꝓut medici tradũt:vñ q̃ talẽ morbũ patiẜ nõ põt recte iudicare de agẽdis ſed errat ſicut ebrius ꝓut đ: in lr̃a Ca.xx.

In ãno. Hic ↄ̃tr põiẜ punitio egyptioꝝ fcã p aſſyrios. Et diui diẜ in duas p̃tes:q2 p̃mo poniẜ punitio egyptioꝝ. ſecũdo ex h̃ ſequẽs ſtupefactio iudeoꝝ.ibi. Et timebũt. Circa p̃mũ p̃mittiẜ tp̃s reuelatõis facte de iſta punitõe:cũ diciẜ. a In anno ꝛc̃. q̃ eſt ciuitas philiſtinoꝝ quã cepit iſte tarthan p̃nceps militie regis aſſyrio rũ. b In tp̃e illo ꝛc̃.de punitõe egyptioꝝ. c Uade et ſol/ ue ſaccũ ꝛc̃.ꝓpĥe eñ aliq̃ñ denũciabãt ꝓpĥiam ſuã nõ ſolũ verbis: ſȝ etiã ſenſibilib⁹ ſignis ſicut hiere.poſuit cathenas in collo ſuo ad deſi gnandũ ꝙ ſic ducerenẜ cõcatenati illi ↄ̃ quos ꝓpĥabat Hiere.xxvij. Et ſic eſaias iuit nud⁹ et diſcalciat⁹:ad deſignãdũ ꝙ egyptij et ethio pes nudi et diſcalciati ducerenẜ in captiuitatẽ p regẽ aſſyrioꝝ. Et pȝ lr̃a h̃ excepto. d Triũ annoꝝ ꝛc̃.qđ exponiẜ ſic ꝙ h̃ fecit eſaias p tres ãnos anteq̃ȝ accideret illud factũ:quoꝝ numer⁹ incipit ab illo tẽ/ pore q̃ tarthã intrauit aȝotũ. Rex eñ aſſyrioꝝ vi exiſtẽs in iudea ꝛ eã deuaſtãs audiuit de rege ethiopũ ꝙ egreſſus erat ad ipugnãdũ ipm et cũ eo erat rex egypti:et tũc receſſit de iudea:et illos reges debellauit et pplm duxit captiuũ in fine triũ ãnoꝝ poſtq̃ȝ eſaias p̃dixerat h̃. Ra. ſa.dicit ꝙ li triũ ãnoꝝ nõ ſolũ referẜ ad tp̃s reuelatõis facte Eſaie vſ/ q̃ȝ ad ei⁹ ipletionẽ:vt dictũ eſt:ſȝ etiã referẜ ad factũ eſaie.ſ.ꝙ trib⁹ an nis iuit ſic nud⁹ ꝛ diſcalciat⁹:ſȝ h̃ nõ eſt veriſile:ꝙ dñs tamdiu faceret eũ incedere taliẜ:maxie cũ eſſet de ſtirpe regia:et ideo alij expoſitores

dicũt: ꝙ iuit ſic tm̄ trib⁹ dieb⁹ in ſignũ triũ ãnoꝝ dictoꝝ: ſicut dꝛ Eze chie.iiij. Diẽ ꝓ ãno dedi tibi. e Et timebũt. h̄ ꝯñr ponit ſtupefa ctio iudeoꝝ q̄ ꝯfidebãt in adiutorio regũ egypti ⁊ ethiopie ꝯ regem aſſyrioꝝ. et iõ q̃n ſciuerũt eos captiuatos a rege aſſyrioꝝ fuerũt territi et ſtupefacti: et h̄ eſt qđ dꝛ. e Et timebũt ⁊ cõfundent. ſ. iudei.

f Ab ethiopia ſpe ſua. id eſt de cui⁹ auxilio ſpe rabant.

g Et ab egypto gloria ſua. i. de cui⁹ auxilio glo riabãt.

h Et dicet ⁊c̃. i. pplus regni iude: qđ dicit inſu la: eo ꝙ eſt int̄ duo ma ria. ſ. mare mortuum ab oriẽte: et mare mediter raneũ ab occidente. Di cũt tñ aliq̃ ꝙ dꝛ inſula: eo ꝙ ꝯcutiebat hinc et inde tribulatõib⁹: ſicut inſula fluctib⁹: ſ; prima expoſitio eſt magis lra lis. Cetera patẽt ex dict.

Capl̃m. xxi.

Nus deſerti ma ris. Pñs capl̃m in tres ptes diui dit: q: ꝓpħa ꝓ loqͥtur ꝯ babylonios: ſecundo ꝯ

diſcalciataꝫ diſcoopertis natib⁹ ad ignominiã egypti. Et timebũt ⁊ ꝯfundent ab ethiopia ſpe ſua ⁊ ab egypto glia ſua. Et dicet ha bitatoꝛ inſule hui⁹ i die illa. Hec cine erat ſpes nr̃a: ad q̄s ꝯfugi mus in auxiliũ ut liberarẽt nos a fa cie regis aſſyrioꝝ. Et quõ effuge re poterim⁹ nos. Ca. xxi.

O Nus deſerti maris. Si cut turbines ab aphrico venĩũt: de deſerto venit de terra horribili. Viſio dura nũciata eſt mihi. Qui icredul⁹ ẽ ifideliter a git: et qui depopulatoꝛ ẽ vaſtat.

idumeos: ibi. Onus duma. tertio ꝯ agarenos: ibi. On⁹ i arabia. Cir ca p̃mũ ſciẽdũ: ꝙ ſp̃us ꝓpħic nõ ſemp adeſt ꝓpħis: et q̃n tãgit mentẽ ꝓpħe de aliq̃ negocio futuro: nõ ſemp reuelat oẽs ꝯditões ſiẽ plen⁹ dictũ fuit in p̃ncipio libri pſalmoꝝ cũ ageret de vario tactu ſp̃uſſancti circa mẽtes ꝓpħaꝝ. et idẽ eſt ꝙ de eodẽ negocio plib⁹ vicib⁹ tãgit ali q̃n mẽtes ꝓpħarũ reuelãdo vna vice qđ nõ erat in alia reuelatũ: et ſic ꝓpħe freq̃ẽter idẽ repetũt addẽdo ad ea q̃ p̃us dixerãt: vel magis ex plicãdo q̃ p̃us fecerãt: et ſic eſt i ꝓpoſito. Sup⁹ eñi eſaias deſtructio nẽ babylonis denũciauerat. xiij. ca. et. xiiij. et h̄ eandẽ deſtructõꝫ repe tit explicãdo aliq̃ q̄ nõ fuerãt p̃us talit̄ explicata. Et diuidit in duas ptes: ſm duo q̄ h̄ explicant. Secũdũ põit ibi. Babylon dilecta. Pri ma in duas. q: p̃mo põit dicta explicatio: ſcđo ꝓpħe cõpaſſio: ibi. ꝓ ptereа. Circa p̃mũ dicit a On⁹ deſerti maris. i. babylonis: vt pꝫ ex ſequẽtib⁹: et ſm aliq̄s dꝛ h̄ mare ꝓpt̄ ppli in ea exiſtentẽ multitudi nẽ. Et mare deſertũ: eo ꝙ ꝓpħa denũciabat eã deſerẽdã a ſuis habi tatorib⁹. S; mihi videt̄ meli⁹ h̄ dici: deſertũ maris: vel mare deſertũ ad explicandũ modũ captõis babylonice: q̄ nõ fuerat ſupius explica tus. Perſe eñi et medi obſidẽtes babylonẽ ⁊ nõ potẽtes eã cape pro pter muroꝝ altitudinẽ et ſpiſſitudinẽ lõge a ciuitate diuiſerũt fluuiũ euphrates: q̄ ꝑ arc⁹ trãſibat ꝑ mediã ciuitatẽ in multos riuos: ita ꝙ in trauerũt ciuitatẽ ꝑ arc⁹ illos: et ſic dꝛ babylon deſertũ mare ꝓpt̄ atte nuationẽ euphrates: q̄ ẽ magn⁹ fluui⁹: ꝓpt̄ qđ dꝛ h̄ mare moꝛe hebrai ci ſermõis: q̄ cõgregatio magna aque mare vocat̄. ſm illud Geñ. i. Cõ gregatõeſq; aquarũ appellauit maria b Sicut turbies ab aphri co venĩũt. Aphric⁹ eſt ventus lateralis int̄ meridiẽ et occidentẽ. et dicũt h̄ aliq̃ expoſitores ꝙ Perſe ⁊ medi ex illa pte venerũt ꝯ babilonẽ: ſed h̄ nõ vĩđ verũ: q: regiones medie ⁊ perſidis magis declinãt ad op poſitã ptẽ: et ideo ꝑ hoc qđ dicit̄ hic c Ab aphrico ⁊c̃. nõ deſigna tur termin⁹ ſeu plaga vñ venit exercit⁹ ꝯ babylonẽ: ſ; magis deſigna tur mod⁹ veniẽdi: q: aphric⁹ eſt vẽt⁹ tẽpeſtuoſus generãs turbies ful gura et tonitrua: q̄ ſunt valde terribilia: et ex h̄ perſe ⁊ medi venerũt ꝯ babylonẽ quã deſtruxerũt: et pplm occiderũt: vt p̃dictũ eſt. ſ. c. xiij.

d De deſerto venit. q: int̄ babylonẽ et locũ vñ venit exercit⁹ erat qđ dã deſertũ ꝑ qđ trãſijt. e De t̄ra horribili. i. de media et pſide que erãt horrẽde babylonijs. f Viſio dura. ꝯtra babylonios.

g Nũciata eſt mihi. et q̄ ſit illa ſubdit. Qui incredul⁹ eſt infidelit̄ agit et q̄ depopulatoꝛ eſt vaſtat. i hebr̃. hr̃. Cõtẽnẽs cõtẽneris: vl̄ decipiẽs decipieris: deuaſtãs deuaſtaberis. qđ expõit Ra. ſa. de regno babylõis et regno perſarũ: q: poſt regnũ babylonie qđ ꝯtẽpſit ſeu decepit ⁊ de uaſtauit mltas ꝓuincias: ſurrexit rex perſarũ ſub cyro q̄ ſibi ſubiecit re gnũ babylonie et deuaſtauit: ſm qđ dꝛ infra. xxxiij. Ve q̄ ſpernis. nõ ne ⁊ ipe ſperneris. Ve q̄ p̃daris: nõne ⁊ ipe p̃daberis ⁊c̃. ad eũdẽ ſen ſum reducit̄ trãſlatio nr̃a. h Qui icredul⁹ eſt infidelit̄ agit. h̄ dꝛ

de balthaſar rege babylonis q̄ fuit ydolatra peſſim⁹. vt habet Dañ. v. et ſic fuit icredul⁹: vl̄ q: dictũ hiere. xxix. de regni ſui ter minatõe credidit eſſe falſuꝫ: ꝓpt̄ qđ fecit illud ꝯuiuiũ magnum Dañ. v. Egit etiã infidelit̄: q: vaſa diuio cultui dedicata appli cauit vſib⁹ cõib⁹ in illo ꝯuiuio. i Et q̄ depopulatoꝛ eſt va

Aſcẽde elã obſide mede: oẽm gemitũ ei⁹ ceſſare feci. Propter ea repleti ſunt lũbi mei doloꝛe: et ãguſtia poſſedit me ſicut ãguſtia pturiẽtis. Corrui cũ audirẽ: ꝯtur bat⁹ ſuꝫ cũ viderẽ. Emarcuit cor meũ tenebre ſtupefecerũt me. Ba bylon dilecta mea poſita ẽ mihi in miraculũ. Pone menſam cõtẽ plare in ſpecula. Comedẽtes et bibẽtes: ſurgite p̃ncipes arripi te clipeũ. Hec eñi dixit mihi dñs Vade et pone ſpeculatoꝛem: et quodcũq; viderit ãnũciet. Et vi dit currũ duoꝝ eq̃tũ aſcẽſoꝛẽ aſi-

ſtat. qđ itelligitur de cyro q̄ babylo nẽ ⁊ mltas alias ꝓuincias depo pulauit ⁊ vaſta uit.

k Aſcẽde elam: regio eſt perſidis cuius bellatores cũ cyro aſcẽderũt ꝯ babylonẽ.

l Obſide mede ba. in hebreo ⁊ in libris correctis ha bet: Mede. q̄ñ perſe et medi ob ſederunt babylo nẽ.

m Oẽm ingemi tũ ⁊c̃. i. faciã ꝙ ꝓ pinq̄ eo ꝙ baby lonij a vobis ca pti nõ audeãt co rã vobis cõq̃ri p̃

nimio timoꝛe et depſſiõe n Propterea. h̄ ꝯſequẽter põitur ꝓpħe cõpaſſio: q: l; odiret babylonioꝝ maliciã: diligebat tamẽ naturã: et iõ cõpatiebat̄ miſerie ei⁹ quã videbat futurã. Et ꝓ pter h̄ dic ꝓpħa. Propterea repleti ſũt lũbi mei doloꝛe ⁊c̃. Et pꝫ lr̃a vſq; ibi. o Tenebre ſtupefecerũt me. i. miſerie vẽtu re ſup babylonẽ: ſtupefecerũt me p̃ admiratõe. p Babylõ h̄ ponit ſecũdũ explicãs captõis babylonice modũ: et p̃ ex de merito balthaſar regis. ſecũdo q̃tũ ad modũ exercit⁹ ꝯtra eũ venĩẽtis: ibi. Hec eñi dixit. Circa p̃mũ dꝛ. q Pone mẽſaꝫ in h̄ alloq̄tur balthaſar q̄ fecit grãde ꝯuiuiũ. Dañ. v. Dicũt eñi aliq̄: ꝙ cyr⁹ et dari⁹ fuerũt in h̄ ꝯuiuio inuitati a balthaſar: eo ꝙ doloſe ſimulauerũt ſe velle pacificare cũ eo: et ſic recedere cũ amicitie federe: ꝓpt̄ qđ balthaſar fecit eis ꝯuiuiũ: ſ; h̄ nõ videt̄ verũ: q: Dañ. v. dꝛ. Balthaſar rex fecit grãde ꝯuiuiũ optimati bus ſuis mille. ſi aũt feciſſet illđ ꝯuiuiũ cyro ⁊ dario regib⁹ p̃nci paliter fuiſſent expſſa eoꝝ noĩa: ꝓpt̄ qđ dicũt hebrei ꝙ fecit illđ ꝯuiuiũ ſuis p̃ncipib⁹: eſtimãs dictũ Hiere. fuiſſe falſuꝫ de ter minatõe regni ſui: q: terminũ poſitũ hiere. xxix. credidit eſſe trãſ actũ: ꝓpter qđ in dei ꝯtẽptũ fecit apportari vaſa dei in illo ꝯui uio: et q: ex h̄ meruit a deo ꝯdẽnari: vt ibidẽ dicit̄: ideo ſeq̄tur.

r Cõtemplare in ſpecula. ſ. manũ ſcribẽtẽ ſniaꝫ dei ꝯtra te: cõ tra cãdelabrũ in ſupficie parietis aule regie: cui⁹ ſcriptura et ex poſitio diffuſe ponunt̄ Dañ. v. s Comedẽtes et bibẽ. ſur. p̃n. ⁊c̃. q. d. ꝓpħa nõ eſt tp̄s feſtiuãdi: ſ; magis vos defendẽdi q: eadẽ nocte perſe ⁊ medi itrauerũt ciuitatẽ modo ſupradicto et interfect⁹ fuit balthaſar cũ pplo ſuo. Dañ. v. t Hec eñi dixit mihi ⁊c̃. h̄ ꝯñr ꝓpħa explicat modũ veniẽdi perſarũ et me doꝝ ꝯtra babilonẽ dicẽs. Hec eñi dixit mihi dñs. cui⁹ verbũ nõ põt eſſe falſuꝫ v Vade ⁊ põe ſpeculatoꝛẽ ⁊c̃. Dicũt hebrei ꝙ fuit abacuc ꝓpħa: eo ꝙ ſubdit infra: Sup ſpeculã dñi ego ſum ſtans ⁊c̃. Cui⁹ ſnia põit abacuc ſecũdo: et dicta pſona ip ſius: ſ; meli⁹ itelligit̄ de ip̃o met Eſaia: vt hr̃ ex fine hui⁹ partꝫ. Sic igit̄ expõit̄. v Vade ⁊ põe ſpeculatoꝛẽ. ſ. teip̃m ad vi dendũ et nũciãdũ pplo tuo q̄ ventura ſunt ſup babylonẽ.

x Et vidit. loq̄tur de ſeip̃o q̃ſi de altero: ⁊ h̄ mod⁹ loquẽdi fre quẽs eſt in ꝓpħis: et etiã in euãgelijs y Currũ duoꝝ eq̃tũ id eſt cyri regis pſarũ et darij regis medoꝝ: q̄ erãt iũcti q̃ſi due rote in vno curru ad currẽdũ ſup babylonẽ. z Aſcẽſoꝛẽ aſi ni ⁊c̃. vidit eñi viſione ymaginaria duos eq̃tes: quoꝝ vn⁹ equi tabat aſinũ et alter camelũ: et intellexit ꝙ eq̃tãs aſinũ ſignifica bat cyrũ p̃ſidentẽ regno perſarũ: qđ vſq; ad tp̄s cyri fuerat hu mile et ſubiectũ et ꝙ aſcẽſoꝛ cameli q̄ eſt aĩal nobile et magnifi cũ ſignificabat dariũ p̃ſidentẽ regno medoꝝ qđ a lõgo tp̄e fue

rat nobile ⁊ magnū. a Et ɔtēplat⁹ eſt diligēter. ad ꝑcipiē dū reuelatōꝫ diuinā ſic bon⁹ diſcipul⁹ ad intelligendū mgr̄i ſui doctrinā: vn̄ dic̄ infra .l. ca. Mane erigit mihi aurē vt audiā eū q̄ſi magiſtrū. b Et clamauit vt leo. q: ſic rugit⁹ leōis ē terribilis: ſic ꝓpħia ſua erat terribilis babylonijs. c Sup ſpeculā dn̄i ego ſum ſtās ⁊c̄. pat⁹ ad vidēdū illud qđ mihi oñdit.

d Et ſup cuſtodiā meā: vt ꝑ defectū ſeu ꝑ eccanū meū diuinis reuelatōib⁹ nō ponā īpedimētū. et ſubdit viſio ſibi oſtēſa.

e Ecce iſte venit ſ. ɔtra babylonē.

f Aſcēſor vir ⁊c̄ .i. cyr⁹ in ꝑrio acceptu⁹ ſup duo regna dominus vel aliter.

f Aſcenſor vir .i. viri aſcēſores: accipiendo ſingula re pro pl̄ali: ſicut Exo. viij. Venit muſca grauiſſima et iſti viri ſūt cyr⁹ ⁊ dari⁹: ita ꝙ per bigā eq̄tuꝫ idem itelligit̄ qđ ſupra ꝑ currū duoꝝ equitū.

ni et aſcēſorē cameli: et[a] ɔtēplat⁹ eſt diligēter multo intuitu. Et[b] clamauit vt leo ſup[c] ſpeculā dn̄i ego ſum ſtās iugiter ꝑ diē: et[d] ſup cuſtodiā meā ego ſum ſtās totis noctib⁹. Ecce[e] iſte venit aſcēſor[f] vir bige eq̄tū. Et[g] rn̄dit ⁊ dixit. Cecidit cecidit[h] babylō: ⁊ oīa ſculptilia deoꝝ ei⁹ ɔtrita ſūt i terrā. Tritura[k] mea ⁊ filia aree mee: q̄[l] audiui a domino exercituū: deo iſrl̄ annūciaui[m] vobis. On⁹[n] duma ad[o] me clamat ex ſeir. Cuſtos[p] qd[q] de nocte. Cuſtos qd de nocte. Dixit[r] cuſtos. Venit[s] mane et nox. Si q̄ritis q̄rite: ɔuertimini[t] ⁊ venite. On⁹[u] in arabia. In[x] ſaltu ad veſperam dormietis: in[y] ſemitis dodanī. Occurrētes[z] ſitienti ferte aquā q

g Et rn̄dit et dixit .ſ. eſaias ꝓpħa: q̄ noiat⁹ eſt h̄ ſpeculator: vt dictū eſt. h Cecidit cecidit babylō. et duplicat̄ cecidit ad maiorē affirmatōeꝫ vt cōit̄ expōit̄. Ra. ſa. dic̄: ꝙ duplicat̄ ad ſignificādū duplicē babylonie caſuꝫ: vnū a cyro ⁊ dario a q̄b⁹ capta fuit et incēſa. aliū a dn̄o: a q̄ poſtea ſubuerſa eſt talit̄ ꝙ eſt inhītabilis facta: vt dictū eſt. ſ. xiij. Erit babylō ſubuerſa: ſic ſubuertit dn̄s ſodomā ⁊ gomorrā.

i Et oīa ⁊c̄. q: perſe ⁊ medi ea ɔfringētes: aurū ⁊ argētū aſportauerūt. Cōſequēter eſaias ɔuertit ſe ad loquendū regno iude dicēs. k Tritura mea ⁊c̄. In hebr̄. habet̄ fili⁹: idē eñ ſignificat̄ vtroq̄ vocabulo. ꝓpħa eñ ppl̄m regni iude vocat trituram ſuā. et filiū ſeu filiā aree ſue: ꝑ qđ intelligit̄ granū purū a palea excuſſum. Intētio eñ ei⁹ erat excutere a pp̄lo illo oēm maliciā et caſtigare eos ꝑ alioꝝ flagellationē ab eo denūciatā: ideo ſubdit̄. l Que audiui ⁊c̄. q̄ fallere nō pōt nec falli.

m Annūciaui vob. in veritate ꝓ vr̄a correctōe. Et ꝑ h̄ patꝫ ꝙ tota ps iſta a loco illo. Vade et pōe ſpeculatorē ⁊c̄. intelligit̄ d̄ eſaia et nō de alio ꝓpħa. n On⁹ duma. Hic ꝓpħa ſcribit ɔtra idumeos q̄ poſt captiuitatē regni iude fuerunt captiuati a nabuch. et poſtea liberatis iudeis ꝑ cyrū ipi nō fuerūt liberati ꝓpt̄ qđ ɔquerebant̄ eū deſcēdiſſent de yſaac ꝑ eſau: ſic filij iſrl̄ ꝑ iacob: ſꝫ h̄ nō valebat: q: nō fuerāt ita penitētes ⁊ ɔuerſi ad deū ſicut iudei: et h̄ eſt qđ d̄r. n Onus duma .i. edom. noīa eñ hebraica aliq̄n variant̄ a pte p̄ncipij et a pte finis ſic et latina: vn̄ ſic idē nomē eſt colin⁹ et nicolaus: ſic edom et duma.

o Ad me clamat ex ſeir .i. pp̄ls ydumeoꝝ in captiuitate detēt⁹. Edom eñ ⁊ ſeyr noīa ſunt eiuſdē terre o Ad me clamat. ꝓ ſua liberatōe. Ra. ſa. dicit ꝙ iſte clamor itelligit̄ oratio angeli p̄ſidentis pp̄lo idumeoꝝ. Angeli eñ ſancti deuꝫ dep̄cant̄ ꝓ populis quoꝝ cuſtodie ſunt p̄fecti. vt h̄r Dan̄. x. p Cuſtos .i. dn̄e q̄ es cuſtos oīum: ſꝫm illud pſal. cxxvi. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē ⁊c̄. q Quid de nocte .i. q̄ntū remanet nobis de nocte hui⁹ captiuitat̄. r Dixit cuſtos .i. dn̄s loquēs ꝑ eſaiam.

s Venit mane et nox .i. mane ɔſolatōis: et nox tribulatōis in ducit̄ a deo ſꝫm emerita ⁊ demerita hoim. q. d. ſi vultis exire de captiuitatis nocte t Cōuertimini ad me veracit̄ ⁊ ex corde ideo ſubdit̄. Si q̄ritis: q̄rite ⁊c̄. v On⁹ in arabia. h̄ ꝓpħa ſcribit ɔ̄ agarenos: q̄ magis ꝓp̄e ſic noiant̄ q̄ ſaraceni: eo ꝙ de

ſcēderūt ab abraā ꝑ yſmaelē ancille agar filiū: ſꝫ ipi vſurparūt ſibi nomē a ſara q̄ fuit libera. tp̄e eñ q̄ nabuch. vaſtauit iudeā multi de iudeis fugerūt verſus arabiā vbi hitāt agareni: credentes ſe ibi hr̄e aliq̄d refugiū: eo ꝙ deſcēderāt ab abraā ſic et ipi: ſꝫ ipi ecōtrario fuerūt eis duri: ꝓpt̄ qđ ꝓpħa denūciat eoꝝ punitōꝫ dicēs. v On⁹ i arabia

hitātis terrā auſtri: cū pāib⁹ occurrite fugiēti. A[z] facie eñ gladioꝝ fugerūt a facie gladij iminētis: a facie arc⁹ extēti: a facie grauis plij: q̄m[a] hec dic̄ dn̄s ad me. Adhuc[b] i vno āno q̄ſi[c] mercenarij: ⁊[d] auferet̄ oīs glīa cedar: ⁊[e] reliq̄e nūeri ſagittarioꝝ fortiū de filijs cedar iminuent̄. Dn̄s[f] eñ de⁹ iſrl̄ locutus eſt. Cap. xxij.

o Onus[a] vall̄ viſiōis[b]. Quid nā[c] tibi q̄ꝫ ē: q:[d] aſcendiſti ⁊ tu oīs in tecta clamoris[e] plena: vrbs[f] frequēs ciuitas exultās. Interfecti[g] tui: nō[h] iterfecti gladio: nec mortui tui mortui i bello. Cūcti[i] p̄ncipes tui fugerūt ſil̄: dureq̄[k] ligati ſūt. Oēs q̄ inuēti ſūt vincti ſūt pit̄er ꝓcul fugerūt. Propterea[l] dixi re

Circa qđ ſciēdū ꝙ duplex eſt arabia .ſ. ſuperior et iferior: inferior aūt ꝓpinq̄ eſt iudee: ad quas fugerūt iudei: et illa fuit captiuata a nabucho. ꝓpt̄ diuinā p̄dictaꝫ: et nō alia: et ad h̄ denotādū dicit̄ hic.

v On⁹ in arabia .i. in vna pte arabie: et non in tota: et non dicit on⁹ arabie ſicut onus babylonis ⁊ aliarū. Conſequent̄ deſcribit fugaꝫ iudeoꝝ dicēs.

x In ſaltu ad veſperā dormietis. ꝓpt̄ defectuꝫ hoſpicij: q: nō recipient vos agareni.

y In ſemitis dodanim nomē eſt loci: ad quē eſt via ꝑ ſaltū illū.

z Occurrētes ſitiēti ⁊c̄ .i. o vos agareni q̄ habitatis in plaga auſtrali reſpectu iudee: occurrite miſericorditer iudeis fugiētib⁹: q̄ ſūt cognati vr̄i. z A facie eñ gladioꝝ fugerūt ⁊c̄. q. d. iſta fuga nō ꝓcedit ex puſillanimitate: ſꝫ ex neceſſitate. ꝓpt̄ qđ debetiſ eis magis cōpati: ⁊ q: h̄ nō feciſtis: ideo ſubdit̄ pēa vr̄a cū ſubdit̄. a Qm̄ h̄ dic̄ dn̄s. cui⁹ dictū nō pōt eē falſuꝫ b Adhuc i vno āno .i. captiuitatē iudeoꝝ ꝑ vnū ānū tm̄ ſtabitis in glīa ⁊ p̄ſte vr̄a. c Quaſi mercenarij .i. ſic mercenari⁹ ɔſiderat finē āni in q̄ locat⁹ eſt ad ſeruiēdū ⁊ recipiēdū premiū. ſic ego ɔſidero reddere vobis penā ꝓ vr̄a duritia ⁊ neq̄tia ſtatim illo āno trāſacto: ideo ſubdit̄. d Et auferet̄ oīs glīa cedar .i. terra agarenoꝝ ſic noīata a cedar filio yſmaelis: ꝑ vnū ānū eī poſt captiuitateꝫ regni iude captiuauit eos nabuch. e Et reliq̄e nūeri ſagittarioꝝ fortiū ⁊c̄. erāt eñ agareni exercitati in arte ſagittādi. ſic yſmael eoꝝ p̄r. vt d̄r Gen̄. xxi. Factuſq̄ eſt iuuenis ſagittari⁹. f Dn̄s eñ de⁹ ⁊c̄. cui⁹ v̄bū eſt ſtabile ⁊ firmū. ⁊ in h̄ oñdit ꝓpħa. ꝙ h̄ eſt ꝓpħia p̄deſtinatōis. q̄ infallibiliter adimplet̄. Ca. xxij.

Onus vallis. h̄ int̄ punitōes aliaꝝ gētiū reſumit ꝓpħa punitōnē regni iude addēdo aliq̄ q̄ nō fuerūt ſupi⁹ dcā. Et diuidit̄ in duas ptes: q: p̄ ꝓpħa loq̄t̄ ɔ̄ regnū: ſcđo ɔ̄ ſacerdotiū: ibi. Hec dicit dn̄s. Pria i duas. q: p̄ deſcribit̄ regni iude punitio. ſcđo ſubdit̄ punitōis rō. ibi. Et reuelabit̄. Pria adhuc i duas. q: p̄ pōit̄ denūciatio pene. ſcđo ſubdit̄ cōpaſſio ꝓpħe: ibi. ꝓpterea dixi. Circa p̄mū d̄r.

a On⁹ vall̄. Iꝫ eñ hierl̄m q̄ntū ad vnā ptē ſit in mōte. tn̄ vna ps eius eſt in valle. et q: ꝓpħa h̄ denūciat futurā ei⁹ deiectōꝫ ꝑ nabuch. regē. ideo pot⁹ noiat eā noīe vallis q̄ꝫ mōtis. b Viſiōis. q: mlt̄i ꝓphete viſiōes hūerūt de ei⁹ deſtructōe. c Quidnā tibi q̄ꝫ eſt .i. q̄ de cā. d Quia aſcēdiſti ⁊c̄ .i. ad ſacrificādū ydolis ſup tecta domoꝝ. vt dicūt cōit̄ expoſitores nr̄i. ⁊ in h̄ tāgit̄ culpa ciuitat̄ ꝓpt̄ quā deſtructa fuit .ſ. ydolatria. Ra. ſa. expōit ꝙ appropinquāte exercitu nabuch. ad hierl̄m hoies aſcēdebāt ſup tecta domoꝝ q̄ ſunt plana i terra illa ad ɔſiderādū ibi magnitudinē exercit⁹. ⁊ ad ꝓijciēdū ide ɔtra aduerſarios lapides et ſpicula cū machinis ad h̄ ſibi diſpoſitis.

e Clamoris plena. q: in tali p̄paratōe fit clamor pp̄li f Vrbs frequēs ⁊c̄ .i. q̄ p̄us fuiſti exultās ex frequētia pp̄li in te hitantis.

g Interfecti tui .i. de pp̄lo tuo. h Nō iterfecti gla. q̄ eſt mors breuis ſꝫ fame q̄ eſt mors diuturnior. ſꝫm ꝙ d̄r .iiij. Reg. vl. p̄ualuit fames in ciuitate. i Cuncti p̄ncipes ⁊c̄ .ſ. ſedechias ⁊ viri bellatores. vt h̄r ibidē. k Dureq̄ ligati ſunt. q: exercit⁹ regis babylonis cōprehēdit ſedechiā ⁊ eos q̄ erāt cū eo. l Propterea dixi. h̄ oñr ponit̄ cōpaſſio eſaie ꝓpt̄ malū qđ videbat futurū gēti ſue: cū d̄r. Propterea

diri recedite a me.q.d.nolo ꝯſolationē humanā.et pꝫ lr̄a vſqꝫ ibi.
n Dn̄o deo exercituū.i.a dn̄o deo exercituū ordiata eſt. m Dies interfectōis.ppl'i mei. o Scrutās murū.ſ.dn̄s faciens ſcrutari p chaldeos et deſtrui. p Et magnific⁹ ſup montē.ſ.ſyō:vbi erat tē plū et dom⁹ regia cū magnis ſūptib⁹ et laborib⁹ edificata:q̄ oia i mo/mēto deſtructa fuerūt a chaldeis.magis ꝟtute diuina q̄ hūana.ppter ydolatrie pctā.Ra.ſal. dic̄ q̄ ab illo loco:Propterea dixi ⁊c̄.ꝟba ſunt ipi⁹ dei cōpatientis populo ſuo in afflictōe poſito.vn̄ ⁊ in libro q̄ apō hebreos dr̄ berakoth.i.bn̄dictionū dr̄ q̄ qn̄ de⁹ recordat̄ de deſtructōe tēpli et captiuatione iudeoꝝ flet ⁊ lachrime ei⁹ cadūt in mare:ſꝫ hoc dictum falſuꝫ eſt et puerile.
q Et elam ſūpſit pharetrā.i.elamite q̄ fūt optimi ſagittarij:ſūpſerūt pharetras ad veniēdū cū nabuch. ꝯ hieruſalē
r Curru.i.curr⁹ ad portandū arma et alia neceſſaria exercit⁹.
s Et parietē ⁊c̄.i.clypei pēdētes ad parietē īde fuerūt aſſūpti a bellatorib⁹ nabuch. vt venirēt ad bellādū contra hierl'm.
t Et erūt ⁊c̄.i.in q̄bus creſcebat triticū et vinū in abūdātia. v Plene q̄drigarū.oīa terrena ſcēria ꝯtercitū.

ꝯtrariū in ꝯtēptū verbi ꝓphaꝝ eos ad pn̄iam reuocātiū.
q Comedam⁹ ⁊c̄.h̄ eī̄ int̄ epulas deriſorie dicebāt.eo q̄ prophete cōminabant̄ eis captiuitatē et mortē niſi peniterēt. et q̄a talis ꝯtēpt⁹ malū eoꝝ aggrauabat ſupra modū:ideo ſubditur.
r Et reuelata eſt ⁊c̄.ꝓuocati p talē ꝯtēptū. s Si dimittet̄ iniq̄tas hec.i.nō dimittet̄ accipiēdo ſi p nō.
t Donec moriemini.nō ſolū corporis morte:ſed etiā gehēne.⁊ accipit̄ h̄ donec abſq̄ tpis determinatōe. ſicut ps̄. dr̄. Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū.
v Hec dic̄.h̄ ꝯtr̄ loq̄tur ꝓpha cōtra ſacerdotiū. et p̄ ꝯ ſobnā in ſpeciali.ſcdo ꝯ alios magis in generali:ibi. In die illa. Prīa in duas: q: p̄ ponit̄ ipi⁹ ſobne deiectio .ſcdo eliachim ſubſtitutio:ibi. Et erit.circa p̄mū ſciēdū q̄ iſte ſobna ⁊ ei adherentes ſuadebant ezechie q̄ redderet ſe et ciuitatē ſennacherib vt dicūt heb. eſaias aūt pſuadebat ꝯtrariū.et q: ſobne nō fuit factū ꝯſiliū.iō partim motus indignatōe.ptim timore ne ſennacherib ex magnitudie potētie temporalis ciuitatē caperet armis.finalit̄ cū ſuis occulte exiuit et ſe reddidit aſſyrijs.⁊ ide duct⁹ in eoꝝ trā ibi mortu⁹ fuit. et h̄ eſt qd̄ p̄dicat̄ h̄ eſaie a dn̄o.

cedite a me:amare flebo. Nolite incūbere vt ꝯſolemini me ſup vaſtitate filie ppl'i mei. Dies[m] enī interfectōis ⁊ cōculcatōis et fletuū dn̄o[n] deo exercituū in valle viſiōis Scrutās[o] murū:et[p] magnificus ſup montē. Et[q] elā ſumpſit pharetrā. Et[r] currū hois equitis:et[s] parietē nudauit clipeus. Et[t] erūt electe valles tue plene[v] quadrigarum:et[x] equites ponēt ſedes ſuas in[y] porta:et[z] reuelabit̄ opimentū iude. Et[a] videbitis in die illa armamētariū dom⁹ ſaltus:et[b] ſciſſuras ciuitatis dauid uidebitis:q: multiplicate ſunt:et[c] cōgregaſtis aq̄s piſcine inferioris: ⁊[d] domos hierl'm nūeraſtis:⁊[e] deſtruxiſtis domos ad muniēdū murū. Et[f] lacū feciſtis inter[g] duos muros:et[h] aquas piſcine veteris:⁊[i] nō ſuſpexiſtis ad eū q̄ fecerat eā:et[k] opatorē ei⁹ de longe nō[l] vidiſtis. Et[m] vocabit dn̄s deus exercituū in[n] die illa ad[o] fletū:⁊ ad planctū ad caluiciū:et ad cingulū ſacci:et[p] ecce gaudiū ⁊ leticia:occidere uitulos et iugulare arietes: comedere carnes ⁊ bibere vinū. Comedam⁹[q] et bibam⁹:cras enim moriemur. Et[r] reuelata eſt in auribus meis vox dn̄i exercituū. Si[s] dimittetur iniq̄tas hec vob̄ donec[t] moriamini dicit dn̄s de⁹ exercituū. Hec[u] dicit dn̄s de⁹ exercituū. Vade[x] ingredere ad eū q̄ habitat in tabnaculo ad ſobnā ꝓpoſitū tēpli:et dices ad eū. Quid[y] tu hic:aut[z] q̄ſi q̄s hic. Quia[a] excidiſti tibi hic ſepulcrū:excidiſti in excelſo mēoriale:diligēter in petra tabernaculū tibi. Ecce[b] dn̄s aſportari te faciet:ſicut[c] aſportat̄ gallus gallinaci⁹:et[d] q̄ſi amictū ſic ſubleuabit te

x Et eq̄tes ⁊c̄.i.cuſtodias ſuas. y In porta.i.in portis hierl'm. ita q̄ null⁹ poſſet īgredi ad auxiliandū: nec exire ad alios ſignificādū alias fugiēdū. z Et reuelabit̄.h̄ ponit̄ deſtructōnis hierl'm rō duplex.ſcda ponit̄ ibi. Et vocaui. Prīa rō fuit:q: nō ꝯfidebāt de deo:ſꝫ magis de ꝓpria ꝟtute ⁊ induſtria ad reſiſtēdū nabuch. et h̄ eſt qd̄ dr̄.
z Et reuelabit̄ ⁊c̄.ſ.tēplū qd̄ ꝓpt̄ ſanctitatē ſui ſic erat opertū q̄ ſoli ſacerdotes itrabāt.ſꝫ tūc fecerūt inde fortalicium. a Et videbitꝭ in die illa armamētariū.i.locū vbi repōebāt̄ arma a tpe ſalomōis. vt illi te munias ꝯ chaldeos. b Et ſciſſuras ciuitatꝭ dauid ad reparandū et ponēdū ibi defenſores ꝯ chaldeos ꝓpt̄ loci debilitatē.
c Et ꝯgregaſtis ⁊c̄.ad ꝓuidēdū hoib⁹ ⁊ iumētis de potu in tpe obſidionis. d Et domos ⁊c̄.ad ſciēdū quot eſſent ibi pſone:et q̄liter poſſent eis victualia ſufficere. e Et deſtruxiſtis ⁊c̄.i.muros hierl'm ad fortificādū eos de lapidib⁹ ⁊ lignis īde aſſūptis.et etiā ne hoſtes poſſent ibi hr̄e latibula.loq̄tur tn̄ h̄ de domib⁹ q̄ erāt in ſuburbijs: q̄ ſolēt deſtrui ꝓpt̄ aduentū aduerſarioꝝ ne ſint ciuitati obſeſſe in nocumētū. f Et lacū feciſtis.i.foſſam in q̄ aq̄ curreret. g Int̄ duos muros.ad muroꝝ maiorē fortitudinē.ciuitas eī̄ diuiſa erat triplici muro. h Et aquā piſcine veteris.ſ.in ſtatū priſtinū reſtituiſtis. In obſidiōe eī̄ pl⁹ indiget ciuitas aq̄.eo q̄ plres ꝯueniunt ibi ad defenſionē ciuitatis.et iō q̄dā piſcina q̄ alio tpe nō erat neceſſaria:ppter qd̄ fuerat derelicta īminēte obſidiōe fuit repata. i Et nō ſuſpexiſtis ⁊c̄.ſ.hierl'm. k Et opatorē ei⁹ de lōge:q: ab eterno p̄ordiauit ibi pōere tēplū ſuo noi dedicatū. l Nō vidiſtis.ad ei⁹ auxiliū recurrēdo.h̄ ponit̄ ad oñdendū q̄ al's talis p̄paratio pugne eſſet licita et bōa:ſic̄ ezechias diligent̄ ſe p̄parauit ad reſiſtēdū ſennacherib: vt habet̄.iiij.Reg.et.ij.paral'.q: p̄ncipalit̄ deo co ꝯfidit: et illud qd̄ erat hūane ꝓuidētie nō omiſit.ſꝫ iſti diuinū auxiliū totalr̄ neglexerant: in ſua virtute ac ꝓuidētia ꝯfidētes. m Et vocabit. h̄ ponit̄ ſcd̄a cā deſtructōis hierl'm.ſ.tps ꝟbi diuini p ꝓphas eis dicti.⁊ h̄ eſt qd̄ dr̄.
m Et vocabit dn̄s.ſ.p ꝓphas. n In die illa.ſ.an̄ deſtructiones hierl'm. o Ad fletū ⁊ plāctū ⁊c̄.i.debitā ꝯtritōꝫ et ſatiſfactōes de pctis vt euitaret̄ pena diuīe vltōis. p Et ecce gaudiū ⁊ leticia.p

x Vade ad ſobnā ꝓpoſitū tēpli.i.ſūmū ſacerdotē. vt dicūt aliq̄ hebrei. Alij ꝟo dicunt q̄ erat theſaurari⁹ et cuſtos vaſoꝝ tēpli dn̄i.p̄mi tn̄ vident̄ meli⁹ dicere.q: infra dr̄ q̄ eliachim fili⁹ elchie fuit ſubſtitut⁹ loco ei⁹.q̄ eliachim fuit ſacerdos ſūm⁹ tpe ezechie.vt dic̄ h̄ Ra.ſa.et ſcriptura h̄ ſatꝭ īnuit in h̄ ca.et.iiij.Reg.xix.ca. y Quid tu h̄.ſ.agis in templo dei indigne miſtrādo. z Aut q̄ſi q̄s h̄.q.d.facto te oſtēdis ac ſi eſſes de genere regis dauid.ideo ſubdit̄. a Quia excidiſti tibi ſepulcrū h̄ ⁊c̄. Edificauerat eī̄ ſibi ſepulcrū notabile in ciuitate dauid int̄ ſepulcra regia.vt poſt mortē eſſet ī memoria celebri.ſic̄ ioiada ſūm⁹ ſacerdos fuerat ibidē ſepult⁹ ꝓpter bōitatē ipſi⁹.vt hr̄.ij.Paral'.xxiiij.ſꝫ nō erat ſic̄ de iſto ꝓpter qd̄ priuat⁹ fuit intēto.iō ſubdit̄. b Ecce dn̄s ⁊c̄.ab aſſyrijs c Sicut aſportat̄ ⁊c̄.i.p caſtratōꝫ in puſillanimitatē galline reduct⁹:⁊ in h̄ deſignat ꝓpha q̄ ptim erat ex timore ſe aſſyrijs redditur⁹. d Et q̄ſi amictū ⁊c̄.i.facilit̄ et ſine reſiſtētia. e Coronās ⁊c̄.i.vndiq̄ꝫ ſuſcitabit tibi tribulatōes ſicut corona caput circūdat. f Quaſi pilā mittet te. q̄ a ludentib⁹ ꝓijcit̄ de manu ad manū ſic iſte ſobna p̄ reddit⁹ manibus maioꝝ fuit poſit⁹ ad man⁹ minoꝝ:q̄ ducerēt eū ad terrā aſſyriorū. g Ibi morieris:et nō h̄ vbi ſtatuiſti tibi ſepulcrū.
h Ibi erit ⁊c̄.ꝯuerſus in ignominiā. i Et ignominia ⁊c̄. q: ei⁹ ignominia redūdabat in tēplū dn̄i cui fuerat p̄poſit⁹.
k Et expellā ⁊c̄.i.de dignitate ſacerdotali in q̄ credis ſtabiliri.
l Erit.h̄ ꝯtr̄ deſcribit̄ ipi⁹ eliachim ſubſtitutio:cū dicitur.
m Vocabo ſeruū ⁊c̄.i.mihi fidelit̄ ſeruiēte n Et induā ⁊c̄ i.tunica ſacerdotali hyacinthina. o Et cingulo tuo.de p̄cioſitate materie et ſpecioſitate forme iſtoꝝ ornamētoꝝ ſūmi ſacerdotis dictū fuit diffuſe Exo.xxviij. p Et erit ⁊c̄.i.hn̄s curā de eis paſtoralē. p Et dabo ⁊c̄.i.tēpli.qd̄ dr̄ h̄ dom⁹ dauid

eo φ pcepit ipm fieri p ſalomonē filiū ſuū. et ꝑparauit expēſas ꝓ magna pte. et tradidit ſalomoni deſcriptōꝫ tēpli: et edificioꝝ circa ipm. vt hr̄. i. Paral. xxviij. r Sup humerū ei⁹. q. hūs on⁹ cure tēpli et toti⁹ ppli. s Et apiet ⁊c. h̄ d̄r ad oñdendū ſuperioritatē ei⁹ ad diſponēdū de ingreſſu tēpli ⁊ miſterij ibidē exercendi: et q̄ ſaꝫ oñdit φ fuit in ſūmo ſacerdotio ꝯſtitutus.

t Et figam ⁊c. i. pncipalē in tēplo dñi.

v Et ſuſpēdam ſup eū oēs gloriā ⁊c. i. omēs alij ſacerdotes inītent ei⁹ ptāti. ſic appēſa in paxillo innitunt ei.

x Vaſoꝝ diuerſa genera ⁊c. p h̄ innuēs φ oīa cēnt ſub ordīatōne et ptāte ſua.

y Vſq ad omne vas muſi. Vaſa muſicoꝝ dicūtur h̄ inſtra in q̄b⁹ cātores cātabāt diuīas laudes. mō loquendi hebraico. q̄ inſtr̄m cuiuſlibet artificis d̄r vas ei⁹. Vñ ex ꝑ Reg. xx. vbi dicit̄ Dedit ergo ionathas arma ſua puero. In hebr̄. vo habet̄ vaſa ſua.

z In die illa. h̄ loq̄t̄ ꝓpha ꝯ̄ alios ſacerdotes

